

DISSERTATIO HISTORICO-HERMENEVTICA
DE
DVPLICI EPISTOLAE AD ROMANOS
APPENDICE
CAPITE XV. XVI.

QVAM

P R A E S I D E
VIRO SVMME REVERENDO, EXCELLENTISSIMO,
AMPLISSIMO ATQVE DOCTISSIMO

IOANNE SALOMONE SEMLER

S. S. THEOL. DOCTORE ET PROF. PVBL. ORDINARIO,
SEMINARII THEOLOG. DIRECTORE,
REGIORVM ET HALBERSTADIENSIVM ALVNORVM EPHORO,

F A V T O R E A C P R A E C E P T O R E
OMNI QVA PAR EST OBSERVANTIA AETERNVM PROSEQVENDO
DIE VIII. MAII M DCCLXVII.

PLACIDO ERVITORVM EXAMINI OFFERT
AVCTOR RESPONDENS

IO. BERNHARD. GODOFRED. KEGGEMANN
SVSATO-GVESTPHALVS S.S. THEOL. C.

HALAE MAGDEBURGICAE
APVD IOANNIS CHRISTIANI HENDELII VIDVAM.

DISTRACTA HISTORIA HERALDICA

SC

DAVID HISTORIÆ PRAEFORMANS

ADMONITIONE

CAPITIUS

MATR

PARADISO

OMNIS HISTORIA EXCEPTE HISTORIA DILECTIONIS

JOANNES SALMONAE SAMPLER

EX CISTERCIENSIS MONASTERICI ORDINATIONE

EX CISTERCIENSIS MONASTERICI ORDINATIONE

DAVID HISTORIÆ PRAEFORMATORE

EX CISTERCIENSIS MONASTERICI ORDINATIONE

EX CISTERCIENSIS MONASTERICI ORDINATIONE

JOANNES SALMONAE SAMPLER

EX CISTERCIENSIS MONASTERICI ORDINATIONE

EX CISTERCIENSIS MONASTERICI ORDINATIONE

HISTORIA DILECTIONIS

EX CISTERCIENSIS MONASTERICI ORDINATIONE

GENEROSISSIMIS ET LONGE SPECTATISSIMIS
DOMINIS
DIETHERICO IOANNI GOTTO-
FREDO DE BOCHVMB
DICTO DOLFFVS

ET FILIO PATRE DIGNO

IOANNI FRANCISCO GOTTO-
FREDO DE DOLFFVS

DOMINIS HEREDITARIIS IN AHSE ET VOELLINGHAVSEN
ILLVSTRIS COLLEGII HAEREDVM SALINARVM
SASSENDORFIENSIVM MEMBRIS SPLENDIDISSIMIS

NEC NON

GENEROSISSIMAE ET LONGE SPECTATISSIMAE
DOMINA E
CHARLOTTAE DE ROEL
NATAE DE BLANKENAGEL
DOMINA E DE DVLBERG ET PALMBERG

PATRONIS AC FAVORIBVS SVIS
PERQVAM GRATIOSIS ET COLENDIS

PRIMITIAS HASCE ACADEMICAS
IN
PVBLICVM SANCTISSIMAE VENERATIONIS MONVMNTVM
GRATISSIMAE OBSTRICTISSIMAEQUE MENTIS
PRO TOT TANTISQUE IN SE POSITIS BENEFICIIS

TESSERAM
ANNEXIS VOTIS PRO OMNIGENA SALVTE
CANDIDISSIMIS

EA QVA DECEP ANIMI SVBMISSIONE
SACRAS ESSE IVBET

SEQVE SIMVL SVAQE STVDIA VLTERIORI ILLORVM FAVORI
ETIAM ATQVE ETIAM SVBMISSE COMMENDAT

TANTORVM NOMINVM

DEVOTISSIMVS CVLTOR

IO. BERNARDVS GOTTOFREDYS KEGGEMANN.

DISSERTATIO HISTORICO-HERMENEVTICA
DE
DVPLICI EPISTOLAE AD ROMANOS
APPENDICE
CAPITE XV. XVI.



Quum iam non spernenda exstent insignis industriae documenta, in illuſtrandis sacrae herme-
neutices partibus, a pluribus, de sacris litteris be-
ne meritis viris, collata: pauca superesse videri
poterant, ad quae nondum pertigerint docto-
rum virorum illustrations. Sed quo est quisque harum re-
rum peritior: eo facilius fatebitur, multa semper superesse, qui-
bus recte exercentur nouorum scriptorum studia. Nobis
iam hoc propositum est, ut, quantum nostrae in arduo iſto
campo suffecerint vires, rem satis nouam (ex parte cerre,) il-
lustremus. Agere enim animus est, de Epistolae Pauli ad Ro-
manos appendice dupli (postscriptum solent nostri dicere.)
Euincamus necesse est, 1) illa capita XV. & XVI. laudatae Epis-
tolae appendicis loco adiecta, nec eidem, cui cetera Epistola, con-
ſilio destinata fuisse. 2) Iſta autem nomina eorum, qui capite
XVI. longo ordine salutantur, forte sine iusta ratione *Romae*
versantium Christianorum pro nominibus haberi; licet sit vul-
gata haec, inde a vetustioribus ſeculis, ad nostram vsque aera-
tem tradita, ad omnes opinio. Nec deerit, hoc cum agi-
mus, variis obſeruationibus illustrationibusque aliiſ locuſ, qui-
bus hermeneuticum inter nos ſtudium vel exciterur, vel adiu-
uetur. Vtrum itaque aliiquid lucis, ad iſtam Epistolae longe
digniſſimae grauiſſimaeque appendicem, hoc noſtro libello ſit
allatum: lectorum erit, ſententiam ferre, quorum ſaniori iudi-
cio laborum noſtrorum has primitias ſubiiciimus.

PARS PRIOR.

§. I.

 Appendicem totius, iam omnibus numeris absolute, Epistolae, eam intelligimus partem, quae ipsius tractationis & argumenti pars quaedam non potest haberi, quae ex alio iam consilio, quod per opportunitatem locum hic poterat habere, annexitur, & quae potius alia ex causa, quam ut ipsum Epistolae argumentum eo melius inde perspiciat, accessit. Si res spectetur ipsa, Pauli quidem a consuetudine hoc omnino non abhorre videtur; quod eiusmodi probant appendices, quae nec desunt aliis Pauli epistolis; quibus collatis, facilius poterit perspicere, quid velimus. Iam in Epistola, ad Galatas missa, eiusmodi comprehendimus appendicem, a commate IX. capituli VI. & seqq. Similiter Epistola ad Hebreos conscripta suppediat eiusmodi postscriptum, capite XIII. nec ad Thessalonicenses Epistola duplex, postscripto capite I. Thess. V. 12. & seqq. altera ad Thess. capite III. a commate 17. & 18. quo & salutationum formulae possunt referri. Quodsi iam in rationes inquiramus, quibus id quod hic volumus, facilius confici posse putamus: sunt illae partim externae, partim internae. *Externae* iis continentur observationibus, quae ex utriusque capituli historia vetustaque codicum varietate ea colligunt momenta, quae alia ratione explicari nequeunt, quam *bac*; quod fuerint ista capita iam a prioribus inde saeculis scriunata ab ipsius Epistolae quasi corpore, quod veterum quidem testimonii euincimus, ut licet.

§. II.

Primo hic loco *Origenes* dicat de hac re testimonium, in commentario in Epitolam ad *Romanos* (latina ut superest translatio p. 531. Operum Origenianorum parte II. ex Editione *Frobenii* 1536, tol.) qui illum in modum loquitur: „Caput hoc, (nempe istas sententias scriperat, Capite XVI. v. 25–27, hodie extantes) *Marcion*, a quo scripturae euangelicae & apostolicae interpolatae sunt, de hac epistola penitus absolute; & non solum hoc sed & ab eo, vbi scriptum est: omne autem, quod non ex fide est, peccatum est: (scilicet nostri

a ca-

de duplice Epistolae ad Romanos appendice Cap. XV. XVI. 3

„a capitis XIV. fine) usque ad finem totius epistolae, cuncta dissecuit.
„In aliis vero exemplaribus id est in his, quae non sunt a Marcione
„temerata, hoc ipsum caput (nimurum caput XVI. a commate 25-27)
„diuerso positum inuenimus. In nonnullis etenim Codicibus post
„eum locum, quem supra diximus, hoc (omne autem quod non
„ex fide est, peccatum est, sub fine capitis XIV.) statim cohaerens
„habetur, ei autem qui potens est vos &c. (ex Capite XVI. comma-
„te 25-27.) Alii vero codices in fine (id est, ut iam habemus
„in nostris excusis) continent. Sed iam veniamus ad capituli huius
„explanationem. „ Haec his verbis latina certe illa *Origenis* inter-
pretatio. Distinguamus itaque rem ipsam a rei gestae modo.
Res est, 1) in quibusdam exemplaribus haud existit ea, quae iam
post caput XIV. in nostris leguntur, 2) in aliis vero exstare, sed hac
conditione, ut quae nunc sententiae capitis XVI. commata 25-27.
continentur, lectae fuerint statim post caput XIV. commata 23.
ita ut *αὐτοὶ εἰν* connecteretur cum τῷ δὲ δύναμεω &c. 3) in aliis
omnino legi commata 25-27. sub fine capitis XVI., ut hodie in no-
stris excusis. Ad rei modum pertinet, id quod iam narratur:
Marcionem fuisse auctorem eiusmodi codicum, qui capite XV. &
XVI. plane caruerunt; *dissecuisse* eum omnia & finem epistolae ca-
pite XIV. commata 23. posuisse, omissis adeo vel his sententiis τῷ
δὲ δύναμεω, & cunctis illis, quae capite XV. XVI. leguntur.

§. III.

Iam, si ad Graecos respiciamus codices, quorum de varietate
hic agit *Origenes*, non omnino quidem supersunt eius generis co-
dices, qui capita, XV. & XVI. illasque sententias τῷ δὲ δύναμεω &c.
plane non habeant *). Sed hoc iam non facit, ut inde falsum fuis-
se puremus *Origenis*, qui eam rem narravit, testimonium; qui vi-
disse adhuc suae aetatis codices prodit, qui vitroque capite caruerint.
Exemplo hanc rem alio illustrabimus. Commate 14. capituli V. ad
Romanos olim negatio μη (in phrasι νοί επι τούς μη ἀμαρτησάντες)

A 2

in

*). De *Theophylacti* latina translatione, auctore Christoph. *Porsena*, quae has
sententias, τῷ δὲ δύναμεω &c. non habet: videatur *Erasmī* nota hic
p. 7. Absunt ista ex edit. latina 1522. ap. Knobloch. *Archanſii* titulo.

in multis, nisi in plerisque, absuit codicibus graecis; nec tamen vel
unicus codex graecus ad nostram vsque peruenit actatem, qui le-
git καὶ εἴ τους ἀναρτησάντας, & qui omittat negationem. Ita iam
Ambrosiaster"), (seu verius Hilarius diaconus Romanus,) multis restatur,
in veteris codicibus graecis, e quibus latina olim translatio deriuata
fuit, negationem non reperiiri; Tertullianum Cypriani, Victorini suo-
rumque codicium latinorum virutur auctoritate, contra novos codices
graecos, quos mutatos suisse addit; haud obscurae, sed pluribus senti-
entiam dicens. Origenis idem commentarius non semel, sed saepius
illa sententia vobis fuerat (qui peccarunt, omisla negatione, sicut Adam)
pag. autem 415. editionis latinae, quam allegauimus, rariorem quasi
adferit (forte Rufinus) lectionem **). „Si vero, vt in nonnullis exem-
plaribus habetur, etiam in eos, qui non peccarunt, in similitudine
„praeuaricationis de sancti intelligit.. Ipse autem Origenes, lectio-
nem: qui peccarunt, abiecta negatione, omnino praeferendam cen-
ser, sic enim plerosque codices graecos legere, multis restatur, vt
& Hilarius eandem lectionem praetulit. Quibus & Augustini suf-
fragium adiungimus, qui ipse facetur, (vide Sabaterii biblia) ***)
„scio quidem plerosque latinos codices sic habere (in praeclenti lo-
quitur: qui ante Augustinum nimirum scripti erant) in eos qui pec-
carunt, graeci autem Codices, vnde in latinam linguam transla-
tio facta est, aut omnes aut pene omnes, id habent, quod a me
¶ primo posicium est, (nempe, non peccarunt) „ Sedulius autem ****),
lucp-

**) In Commentario in Epistolas Pauli; quod eius testimonium Job. Morin-
nus etiam descripsit, & Sabaterius; ille in exercitationibus bibliis
lib. 1. exercitat. 2. Hic in notis ad latina biblia.

***) In noua editione de la Rue tomo quarto. Origenis operum; pag. 553.
habetur.

****) Attrulit hunc Augustini locum, (e libro de peccatorum meritis & re-
miss. cap. II.) Rich. Simonius Histoire critique des principaux Commer-
cateurs du N. Test. pag. 286. 287. atque iuste addit: mais nous n'avons
aujourd'huay aucun exemplaire, soit Grecs, soit Latins, ou l'on ne trouve
la Negation.

*****) Editio Henrici Petri 1528. pag. 19. Hinc vero facile patet, Augustini
propositionem, ad graecos codices, his sine ratione institui. Res sic
quidem habet: latina translatio illa fuit deriuata e graecis codicibus;
sed

Inculenter: regnauit mors — — non super omnes, sed in eos, (trans-
tum, scil. Henocho, Elia, Christo, excepto) qui peccarunt; ita, ut ne-
gationem non admittat. Si vero, porgit, ut in nonnullis exemplari-
bus &c. (haec iam ex Origene summis latino). Vnde vero, si in caus-
am inquiramus, venit ea lectio, in omnes fere graecos libros: qui
non peccarunt? Zacagnius respondeat: istam opinionem peccato
originali aduersantem (notabimus sententiam,) reiecit ecclesia; in
collectaneis monumentorum pag. 48. quum in Archelaei disputatione
excitaretur: in eos, qui non peccarunt. Simili fere modo Sabaterius
scribit: Ambrosi opinioni obsequi religio est; qui quidem Ambrosi,
ille, ad quem iam prouocauimus, loco, illum in modum his verbis
vñsus scribit: „in latinis & graecis codicibus, (iunioribus, nimirum)

A 3

„multa

Sed falsum est, istos vetustos codices graecos, e quibus latina derivab-
tur, iam non habuisse negationem. Illi vero graeci libri, qui iam tem-
pore ito posteriori, Augustini, negationem offenduerunt, non poterant
contra antiquorem latinam translationem afferri, quae recte & ex suo
iure, negatione adhuc caruit, a tempore Tertulliani, Cypriani, Vitto-
rini &c. Cum vero intenuisti disputationem contra Pelagium exorta es-
ter, cui fauere videbatur illa sententia Pauli: negationem praelulerunt
noui doctores, quae olim non adfuit, cum de peccato infantium pur-
illorum nemo adhuc intertemperantius sententiam dixisset. Fatur ipse
Augustinus: „suo adhuc tempore latinos plerosque (antiquiores) ha-
bere, sine negatione; rem eandem dixit Origenes, & Ambroſiaſter,
& Sedulius aeo; ergo antiqui Graeci non habuerunt. Postiores quo-
tem forteſefellit ea orationis pars, ἐπι τῷ ὄμοιωματι τῆς παραβάσεως,
quasi dici non posset, ceteros homines peccasse in similitudine trans-
gressionis Adam, quia non in Paradiso legem singularē violarunt.
Dixit autem Paulus Rom. VI, 7. τῷ ὄμοιωματι τῷ Σωτῆρι Christi,
hos συκέρδετε Christi factos, mortuos esse, sed similiter quadam ratione,
& imitatione destinata. Cap. V, 12. & v. 14, ἀμαρτηταντες ἐπι τῷ
ὄμοιωματι τῆς παραβάσεως τῷ Adam, due phrasēs enīdem rem
describunt. Eadem similitudo, ut Christus nouam vitam vivit, sic
Christi veri festatores nouam vitam sequuntur, Cap. VI, 4. Et quid
siquid est Cap. V, 14. ἀμαρτει εἰσῆγε εἰς τὸν καρπόν, i.e. εἰς τὸς αὐ-
θεοπεγος, quam, homines omnes peccant ἐπι τῷ ὄμοιωματι τῆς πα-
ραβάσεως Adam? Corrupti vitique & infecti prauitatis domestica labe,
τῇ ἐπιθύμῳ ſubiecti, que peccatorum fructibus numquam earet. De
infantibus autem Paulus non loquetur; quibus tamē Christi illud
carmen conuenit, quod ex carne natum est, earo est.

„multa, animis a concordia discedentibus, & haereticis perturban-
tibus, immutata esse, (contra vecustiorum codicem auctoritatem)
ad sensum humanum, ut continerentur in litteris, quae homini vi-
derentur; quia quis propria auctoritate viri non potest, verba le-
gis adulterat.“ Fuit autem haud dubie antiqua & vera lectio,
sine negatione; licet circa illa Hieronymi & Augustini tempora, in
graecos iam codices, & in translationes ad unam omnes, irreperitur;
contra Pelagium scilicet, ut esset inde facilior disputatio, qui omnino
hoc loco, sine negatione, in suas partes viri facillime poterat; *Hie-
ronymus* forte correxit, ut iam putauit *Iob. Morinus* l. 1. exercit. 2.
capitus 1. §. 3. *exercitationum bibliarum*.

§. IV.

Iam vero paullo accurius, id quod *Origenes* dixit, perillustrare licet, ultimos istos capiti XVI. additos versus, non in fine capitis XVI, sed in plerisque Graecorum codicibus capiti XIV. adiectos fuisse. In 48. *nimirum* Codicibus, quos *Wetstenius* designavit; in *Eyra posteriori*; in *lectionariis*^{*)} græcis Capite XIV. habentur. Sed Patrum etiam eruditiores græci tria haec commata, non in fine epistolæ, sed sub capitis XIV. finem recitant. *Chrysostomus*^{**)} sa-
tis luculent, nec de eo vel mentionem fecit, in fine ab aliis legi;
Theodoreetus^{***}), *Cyrillus*, *Damascenus*, *Occumenius*, *Theophylactus*^{****}),
Theodusius (inter orthodoxographa). Quod si veritas auctoritate
valereret haec veritum transpositio, cur non adnotassent, haud vi-
derim. Atque notauerat iam *Iacobus Faber*, in commentariis in
Pauli epistolas, qui in folio extant p. 102. (edit. Parisinae in coeno-
bio S. Germano sacro, ex officina Henrici Stephani 1522.): in exem-
plaribus græcis continuo post: (omne autem — peccatum est,
subiungi, hauc laudem & gratiarum actionem: τῷ δὲ δυνατερῷ α
com.

^{*)} Graeci legunt hanc partem Epistole in Sabbatho, quod *Tyrophagi De-*
minicam præcedit, ut nosat *Zacagnius* pag. 587.

^{**)} In *Homiliis* in hanc Epistolam. Tom. 9. *Montfaucon*. edit. p. 714.

^{***)} In Commentario ad cap. XIV.

^{****)} Tomo secundo edit. nouae Venetiae 1755. p. 104.

de duplicitate Epistolae ad Romanos appendice Cap. XV. XVI. 7

comitate 25. vsque ad 27. vt in excusis nostris exstat. Addit *Faber*: haec gratiarum actio in fine epistolae (nescio an ab interprete clarino) an ab alio, translata est) quam etiam & in illum locum *reservauimus* ponendam; ob exemplarium latinorum *) confuetudinem. Similiter *Erasmus*, in notis ad N. Test. (editio Basileae) 1527. in folio pag. 385, ad finem capitis 14. annotat. hanc partem: (ei autem qui portens est) vsque ad: *debemus autem &c.* quidam codices omnino non *) habent. Quidam (sic pergit *Erasmus*, in fine adiiciunt epistolae; *Chrysostomus* in fine interpretatur, (hoc falsum est); *Theophylactus* hoc loco; quium is, qui hunc vertit latine, (Porsena) nec hic nec in fine transtulerit; quod arbitror, accidisse casu. Hic praetermisit, vt consentiret cum nostris codicibus (latinis scilicet); ad finem vbi ventum est, oblitus, non adiecit. Nos, quoniam id non videbatur ad hunc locum pertinere, *semouimus* in editionibus nostris in finem huius epistolae. Marcius hic finem indidit epistolae ad Romanos; affirmans, reliquam *appendicem* esse norham. Haec *Erasmus*; cuius editiones cum *Complut.* hac in parte latinam editionem sequuntur, eius igitur auctoritati & *Melancthonis* greaca editio huius epistolae (in 8vo ann. 1520. aut 21.) & Aldi &c. obsequuntae sunt. *Thomas de*

*) Notabimus, contra graeorum librorum fidem, ob latinorum codicum auctoritatem, a latinis commentatoribus has sententias transponi. Antiqua enim fuit illa reverentia latine translationis.

**) Iam nullos codices scimus, qui has sententias plane omittant. *Westenius* solum notauit Codicem G., seu *Baeruerianum*, graecolatinum, qui fine capituli XIV. spatium vacuum reliquit. Atque hic partem epistolae, qua respondit summe Venerabilis *Ernesti*, quem Ven. Praefectus de hac re rogauerat, licuerit adscribere; vt eo melius, hoc intelligatur. „Codicis *Baerueriani*, qua graecus est, apographum non habeo; sed tamen aliquando diligenter inspexi, & inde notavi, quibus intelligi posset; ne *Küsterum* quidem eum satis diligenter tractasse. Et erat ille festinansior in talibus rebus, vt *Suidas* eins & *Aristophanes* docent. „In fine capituli XIV. est, lacuna aliquor vesciculorum, vnde argumentum pro *propterea* clausulae τω δε διωρέεντα duci, in illo quidem loco, potest; nam & eo loco codex eam non habet, vbi libri editi exhibent.“ Haec Vir summe Venerabilis; e quibus patet, scriptorem eodis huius similiter latinorum librorum auctoritate turbatum fuisse. *Erasmus* igitur ista ex *Origeno* latino desumserit oportet.

*de Vio, Caietanus ausus tamen est, in commentariis *) ad caput XVI. scribere: „aduerte tamen hic, quod haec particula in plerisque graecorum codicibus omnino non inueniatur, (quod ex Origene sumit,) in plerisque autem latinorum inueniuntur hic, in nonnullis vero in calce capituli XIV. „ Absoluerat autem istum commentarium iam anno 1532. Nicolaus Zegetus **), Gagnaens **), Francisco Lucas ****) (Romanae correctionis in latinis bibliis editionis vulgatae loca insigniora), ne verbum quidem ea de re admouerent. Quum tamen in Regia illa Rob. Stephani, luculenter id annotetur, sub fine capituli XIV. ειτανθα εγραμενη εν πασι τοις αντιγραφοις (excepta Complutensi illa) γεγραμενη ταδε. τω δε δυναμενα &c. Videtur nobis operae pretium, brevibus admonere: hoc ομηρησιον luculenter valere ad distinguendam graecorum codicum quasi genealogiam; ex alia certe prouincia fuerunt exemplaria, quae has sententias capituli XIV. annexas habent; ex aliis vero, quae eas in finem epistolae referuntur. Quodsi recensentur juniores Wettsteinii codices 13. 15. 16. 25. 27. 28. 53. 56-60: undecim igitur tantum e 60. illis ab ista stant parte, quae in fine Epistolae illas sententias tuerit †).*

§. V.

*) Epistolae Pauli, & aliorum Apostolorum ad graecam veritatem castigatae & per reuercendissimum dominum Thomam de Vio, Caietanum, Cardinalem S. Xisti, iuxta sensum litteralem enarratae. Quibus accesserunt actus Apostol. commentarii eiusdem illustrati. Omnia accuratiore cura quam antea, excuta. Parisis 1540. 8.

**) Scholium in omnes N. Test. libros &c. auctore Tacito Nicol. Zegero, minorita. Coloniae 1553. 8.

***) breuissima & facillima in omnes diui Pauli epistolas scholia, ultra priores editiones ex antiquissimis graecorum authoribus abunde locupletata; auctore Io. Gagnacio Parifino theologo. Parif. apud Simonem Colinaeum 1543. 8.

****) edit. Antwerp. ex officina Plantiniana 1603. 8.

†) Licer igitur diligenter requirere, qua tandem ratione factum sit, vt e capite XIV. ausi fuerint eas sententias retrahere, atque in eum locum ponere, in quem Paulus non posuerat? Translationes autem veteris, quod iam in fine Capituli XVI. exhibent: haud dubie tempore demum seniori factum est; cum antiquitus gracci libri in fine Capituli XIV. haberent; olim igitur non potuit translator *latinus*, *gravis*, copius ipse potuisse.

§. V.

Supersunt aurem alia de codicibus graecis obseruanda. *Boernerianus* igitur spatium vacuum reliquit capite XIV. (quia latini codices hic non habebant; forte supplendum e greco). *Alexandrinus* non hic solum capite XIV.; sed etiam capite XVI. *Claramontanus* autem, seu ex recensione *Wetstenii* codex D, habet iam capite XIV.; habuerat vero etiam capite XVI. sed ex emendatione deletum est. sic D. non consentit cum latinis; atque vel hoc exemplum docet. *Wetstenii* nimis praecepitem sententiam fuisse, cum affirmauit, Codicem E. esse tantum apographum codicis D. Iam vero facile obseruare licet, e lectionum comparatione, non raro librarios describentes ad manum habuisse duo exemplaria graeca, duplēcēmque inde lectionem, aut recensionem adeo, apographo suo immiscuisse *). *Alexandrinus* codex praecepit haud raras haber e duobus, aut tribus adeo codicibus, lectiones. Itaque librario & hic accedit: ut, quum scriberet caput XIV. rteretur exemplo, in quo ibi legebantur istae sententiae; quum vero ad caput XVI. venisset, vidit in altero, (qui non habuerat capite XIV.) legi eas sententias capite XVI.; itaque huius codicis auctoritate, & hic in fine epistolae adiecit **). Verum ergo dicebat *Origenes*, alias codices graecos legere hos versus capite XIV., alias capite XVI. fuit igitur haud dubie etiam hoc verum, in aliis (paucioribus) omnino non fuisse, licet hodie eius generis nullus supererit. Nam & *Hieronymus* in commentario in Epift. ad *Ephesios* commemorat, quum hoc carmen ex epistola ad Romanos adduxisset: in plerisque haber illud; iam reste sic putamus (vt

B

iam

posuisse alio ordine, quam essent in greco. Postea vero, cum innotuisset opinio, caput XVI. pertinere etiam ad Romae habitantes: tum omnes illi hoc mutarunt. Ad hanc caussam non dubitamus fore, ut locis plus sensim accedat.

* E. causa, Codex *Wetstenii* in Euangeliis D, seu *Canzabrigiensis*, vid. *Vener. Praefidis hermeneutische Vorherzeitang drittes Stück p.*

**) Contrarium accidit, latino *Theophylacti* interpreti, notat *Erasmus*; omisit capite XIV., ex auctoritate latinorum Apostolici codicum; vbi ad caput XVI. venit *Theophylacti* expositiō, hic non habuit, quod interpretaretur; itaque latinus plane omisit. Atque sic res habet; vid. *Editio latina*, quam excuteimus ante, pag. 3.

iam *Subaterius* in notis latinorum biblioram scripsit). Si in plerisque fuerunt tempore Hieronymi; ergo non in omnibus; & vidit adhuc Hieronymus talia exemplaria, quae his versiculis caruerint; quod diebat Origenes.

§. VI.

Iam quid de summa re statuendum? *Marcion*, Romae contemporatus est per longum tempus; hanc igitur epistolam duobus capitibus integris, murilare & corrumpere quomodo potuerat, cunctis quasi inspectantibus? *Epiphanius* multa recenset, quae *Marcion* corruperit, (pleraque futilia, inepta; ut fere hoc videamus, *Epiphanius* parum his de rebus ipsum intellexisse, quod iam R. *Emonius* dixit) de his vero sententiis, de his epistolaem detractis capitibus XV. XVI. nihil plane refert *Epiphanius*. Erat autem operaem pretium, ineptiarum loco, insignem rem adferre. Nec interpretabimur, an *Marcion* fuerit auctor eius rei, quod quidam codices hanc capite XIV. clauderent epistolam. Rem ipsam volumas; quomodo fieri potuit, ut ista a quodam descriptore omittentur? Nempe sic. Si non fuerunt epistolaes ipsius pars, si appendix fuerunt, aut postscriptum aliū consilio destinatum. Igitur (vt hoc problema explicemus) aliū plane omittebant, aliū addebant, quum libri in modum epistolaes Pauli uno volume comprehenderentur; sed, quia certa & stabilis auctoritas aberat, quae quasi legis in modum praescriberet, huic appendici suum locum, aliū vt finem epistolaem commodius facerent, sic designarunt, ut ante ipsos versus interseruerint, aliū post ipsos versus istas appendices adiecerint. Fieri certe non potest; quin fuerit quaedam quasi causa atque occasio huius varietatis. Quodsi nimirum Romanis destinatae epistolaes pars caput XV. & XVI. non fuerat, si appendix fuit; recte quidem faciebant, qui interire nolebant, atque apographis adiecerunt sive hoc sive illo loco. Sed nec illi omnino reprehendendi videntur, qui distinguenda putabant, nec omnino adiicienda ad corpus epistolaem, quae cum ipso corpusculo, vel ex Pauli auctoritate, non cohaerent. Itaque non opinamur, *Marcionem* plane reiecisse duo capita; delere enim aliquisque excutere e manibus haud poterat, si vel maxime velleret; sed

scimus.

de duplice Epistolae ad Romanos appendice Cap. XV.XVI. u

seiuauit ab epistolae corpore, nec publice p[re]aelegi & explicari volebuit, quum publico illi eidem vfu[erat], cui epistola illa capitibus XIV. fuit, non esse destinata; nec satis certum est, utrum *Origenes* ipse hoc hic narrat, an *Rufinus*, qui plura *Origenis* libris de suo adiicere solebat. Porro, utrum *Origenes* certam sciuenter historiam, an ex coniectura, quod alibi multa omittere *Marcion* soleret, eum & hoc primum, sine iusta ratione externa, omisso, duxerit, non constat. Addere liceat, εὐθεῖαν illam seu Elenchum capitulorum, ut *Euthalius* ea recitat (pag. 573. *Zacagnii*) nihil omnino commemorare ex capite XVI. Habet capita epistolae ad Romanos XIX. hoc ordine ultima. Caput XVII. πραγματεῖσθαι - - 1) ἐν τοῖς περὶ τῆς ἑις αλληλουγίας ὁμοίως cap. 12. 13. nostrum 2) v. 10. 3) v. 14. 4) Cap. 13. v. 1. 5) v. 11. 6) de concordia ob cibos & dies non violanda, cap. 14. v. 1. sqq. Caput XVIII. περὶ μητρώων τῆς Χριστοῦ ἀνέκδοτας Cap. 15. v. 1. Caput XIX. περὶ τῆς λεπτουργίας αὐτοῦ τῆς ἐν αὐτοῦ ια[us] δυνατεῖ, σύχοι 36. cap. XV. v. 15. sqq. Hic clarum est, caput nostram XVI. plane omitti; quia salutacionibus tantum constat. Numerus ipse 36. σύχοι sic fert, ut tantum *reliqua huius capit[is] XV.* comprehendantur; hic numerus ideo additur, ut caput XVI. excludatur a capitulis, licet in numero σύχοι vniuersae epistolae, etiam caput XVI. comprehendatur.

§. VII.

Iam vero ad illa progrediamur momenta, quae *interna* dici possunt, quia in ipsa epistolae serie quasi possunt obseruari. Rem enim ipsumque argumentum iam absoluuerat Paulus; nec hoc capite contineri quid, nobis quidem, viderur, quod ad confirmationem dogmaticumque locum quid faceret; de se tantum agit, suo seruatoisque nostri exemplo, doctoribus Christianis prudentiam & επιστημόνα persuadens qua in gentes v[er]endum sit. Αὐθεῖαν seu εὐθεῖαν sunt Iudeo-Christianis, gentibus, falsa ex religione, adhuc infensi; quibus in animum reuocat v. 8.: Iesum fuisse δεκαονον περιτομης (περιτετρυμενων) tantum ideo, ut promissiones, Iudeis olim factae, inde implerentur; sed nec ultra circumcisio[n]is disciplinam promouendam censem. Inuit autem v. 15. partem tantum suac

se hic prodere disciplinae, qua erga gentes vi soleat, diuina fultus auctoritate v. 16. de quibus gentibus nimirum gloriandi etiam ipsi locus non desit; feliciter cessisse hanc doctrinam moner v. 19.; quae quidem omnia de *Paulo* narrant, quid nimirum egerit aut agere constituerit, quae vero haud recte ad dogmaticum locum sunt referenda. Itaque ipsum hoc *historicum* argumentum, quod ad Paulum solum pertinet, arque de itinere propediem sub occidentem solem instituendo condicit, ab epistola dogmatico & ~~adversarii~~ argumento satis differt: ut facile iam queat intelligi, cur hanc quasi *appendicem* epistola, olim *sciunctam*, porro separata adeo aliqui esse maluerint a corpore Epistolae; quia *Paulus* ipse alio & separato loco, absoluto iam epistolas argumento, adiecerat. Ne vero interiret, alii cum ipsa epistola, una serie, perscribere maluerunt. Atque hoc quidem non solum a Romanae ecclesiae Statribus ita habitum fuit, sed & aliae huic illorum exemplo facile sunt obsequitiae. Igitur translatio *Syra*, *Copta*, *Aethiopica*, (*Arabicas R. Simon* etiam nominat in N. Teft. Gallico,) in ipso epistola corpore habent; ne indicio quidem relieto, quo a cetera epistola separatur. Post *Origenis* autem tempora, istae demum translationes vindentur confectae; itaque iam ante id tempus sciunxit *Marcion* a dogmatico epistola argumento.

§. VIII.

Atque illud hic praeterea obseruamus. 1) *Wetstenum* adhuc addere iis *Tertullianum* qui confirmant, Caput XV. XVI. sicut non epistola ipsi adiunctum fuisse, quia *Tertullianus*, *quoniam* tribunal Christi excitat, in *clausula* Epistolae id commemorari dicat. Quam quidem rem opus est paulo diligentius exponi. Satis iam notum est, si quidem quis *Tertulliani* libros contra *Marcionem* legerit, eum libro quinto ex Pauli Epistolis, claro ordine colligere eas sententias, quibus efficiat contra *Marcionem*: creatorum, Deum, bonum iustumque, patrem Christi, esse eundem. Iam capite eius libri XIII. e capite Epistolae 1-7. Capite XIV. autem e capite epistolae octavo - XIV. recenset; cuius in fine scribit: „Bene autem, „quod & in *clausula* (scilicet epistola), ex cuius capite XIII. attule-

rat

de duplice Epistolae ad Romanos appendice Cap. XV. XVI. 12

, rat sententiam; *diliges proximum tamquam te*, hoc legis *supplementum*, quod exstat Rom. XIII. v. 8. 10.) tribunal Christi commis-
natur; (capite XIV. v. 10. in excusis nostris) viisque iudicis & vi-
toris, viisque creatoris, illum certe constituens, quem intentat
timendum; etiamque alium praedicat. „ Hic igitur facile paret,
Tertullianum vii exemplo Epistolae, ut *Marcion* eo vtebatur: de
quo antea dixerat; quantas autem *foucas* in ista vel maxime Epis-
tola *Marcion* fecerit, *ausserendo*, quae voluit: de nostri instru-
menti integrirare patebit. Recte igitur *Wetstienius* hoc sensit. *Ter-
tullianum* id testudine, abfuisse ex hoc exemplo Caput XV. XVI. *Origenis* igitur testimonio lux inde etiam accedit. Sed iam 2) nec il-
lud negligere possumus, quod *Epiphanius* longo quidem ordine re-
censeat, eas sententias, ex *Apostolico Marcionis*; quibus ita refelli
possit, ut suis ipse armis oppngnetur; qui has sententias non eie-
cerit. Sed *Epiphanius* non indicat, quas tandem partes *Marcion*
resecuerit; licet id dicat; *τινα αυτων* (*Epistolarum Pauli decem*) *πε-
πιτειων, τινα δε αδικωσας πεφαλαι*. Recenset sententias usque
ad caput XIII. eandem sententiam, *de amore proximi*, implemen-
te *legis* descripsit, sed nihil praeterea admonet de capite XIV. XV.
XVI. quod profecto mirari licet. Oportet itaque rem satis no-
tam atque vulgatam fuisse, quod caput XV. XVI, in quibusdam
codicibus abfuerit, quod quidem, tamquam *Marcionis* damnata
audaciam, ecclesia catholica imitari noluerit.

P A R S P O S T E R I O R.

S. IX.

Appendicis huius alteram etiam partem, nimurum caput XVI.
nostro modo illustrare promisimus. Quod quidem caput & veter-
res & recentiores sic intelligunt, ut stuant, has salutationes perti-
nere ad laudatos homines *Romae iam versantes*. *Phoeben**) priuatae
suae

*) Omnes occupant, Roman profectam fuisse *Phoeben*; sed non omnes occa-
sionem itineris illustrant; *Origenes* aliique Graeci nihil quicquam eius rei
narrant. Nec *Ambrosius*, nec *Sedulius* in collectaneis aliquid habet.
Auctor vero Explanationum Epistolarum Pauli, (Rhem. *Remigii* nomi-
ne

suae rei caussa Romanū & Imperatoriam adiisse potestatē; *Priscianus* & *Aquilam*, defuncto Claudio, Romanā exinde rediisse; *Epaenētum* omnesque ceteros ceterasque Romae vixisse, hoc certe tempore, cum Paulus haec scriberet. Nos igitur, qui dubitare primi forte omnium audemus, post tot præterlapsa secula, ab ista hypothesi, haud exiguae temeritatis accusari possemus; nisi eiusdem generis studia hac ipsa, qua vtuntur libertate, maxime, apud bonos certe & aquos arbitros, solent commendari. *Lubenti* autem animo rationum aliterque docentium eruditorum auctoritar cedemus; qui si vulgarem contra nos sententiam defendent & corroborant feliciter, nostra saltim hac opera frugiferam bene merendi ansam nacti fuerunt; nos autem turpe aut illiberalē quid nec in nos, nec in epistolam hanc admisisse videmur. Nostra igitur, qua verritur disputationis cardo, sententia haec est: *Paulum catalogum tradere*

Episto-

ne edidit *Villalpandus*, Romae 1598. recusum *Moguntiae* MDXIV. leg. MDCXIV. *Haymonis* autem Halberstad. nomine *Coloniae* editus fuit 1539. 8vo. *Remigio*, antifodorense, tribuit *Albertinus* de Eucharistia p. 686. seqq.) in hunc locum: *Romanī* omnibus genib⁹ imperabant. Ac si quis nobilium præcipuum habebat causam ex aliquo negotio, siue ex oppreffione aliorum, siue ex praediōrum vel mancipiorum ratione, *Romanū* concurrebat, vbi erat imperator & iudices causarum. Poutuit igitur fieri, vt *Phoebe* matrona ob huiusmodi causam tum deueniret *Romanū*, quare præcepit *Paulus*, vt ei in omni negotio auxiliū ferrent &c. Editio illa *Coloniensis* est accuratior. *Iacobus Faber* in commentatori: in hac parte apostoli XX. sanctos viros ex nomine salutat, & VIII. mulieres, qui omnes Romae erant longo tempore ante ipsum, Christum annunciantes &c. Longe nomib⁹ addit *Faber*. videant, ne hac tempestate nonnulli fortasse sint, stultam pietatem populo, præter Christi doctrinam, docentes &c. *Iac. Nacelius*, episcop. Clugensis: *Romanū* accedit, quadam ob negotio, eti⁹ forsitan temporalis, pia tamen & fidelibus commoda. *Anton. Scayus*, Salodiensis, in paraphrasi in omnes Pauli epistolās, *Veneris* 1589. narrat: quidam suscipiunt, hanc fuisse vxorem *Pauli*; cum qua tamen non concubuerit, postquam conuersus est ad fidem Christi. Auctor bonus & præ multis aliis yrtilis; qui *græcis* auctoribus & *scholii* saepe vittur. Auctores gallici commentarii, Ianenitiae, (bible de Sacy,) romo 32. edit. in 8. pag. 610, ces paroles donnent lieu de croire, que *Phœbē* avoit entrepris le Voyage de Rome à dessein d'y poursuivre le jugement de quelques affaires pendantes au tribunal de l'Empereur &c.

Epistolae huius latoribus, eorum nominum: quibus hoc ipso in itinere commendarentur, & de Paulo sine periculo narrare possebant, quid ipsi de Romano itinere iam propositum sit; afferre etiam Epistolae apographum, melioris firmiorisque doctrinae iam salubre exemplum. Igitur tandem, quos visuri essent, simul omnes admonebant, (praeceps Corinthis) v. 17. 18. 19. ut prudenter agant & cauteant a Iudaizantibus inuenienti studio, a Schismatibus & dissidiis; conseruent potius genuimum Paulinae doctrinae modum.

§. X.

Vtimur autem his rationibus, quibus permoti dubitare audeamus de vulgari tot seculorum sententia.

I. Solent plerique omnes occupare (ὑπογραφων etiam) *Phoebe*s ministerio hanc Romanis allaram fuisse Epistolam; sed 1) Paulus nullibi hic narrat, hanc eius ministerio mitti epistolam, ut de *Tychico* tamen, cap. IV. v. 7. 8. Epist. ad Colossenses. Itaque conjectura tantum ducuntur, qui id sentiunt; licet ergo nobis eodem, quo illi, iure alter sentire, 2) ipsis *Corinthios* prima epistola cap. XIV. v. 34. hanc tulerat legem, ut mulieres racterent in *conuentibus*; non permitti potest illis λαζεων, doctrinae causa; 1 Tim. II. 12. οὐκ επιτρέπω (eodem verbo vitetur) διδοσουειν ἔδει αὐθεντειν αὐδος atque 2 Tim. III. v. 6. inuehit in eos, qui muliebria ministeria priuatissimis implicant seruitis. Quodsi vero mulieri huic tradidisset Paulus has litteras *dogmaticas*, quibus Romanorum Presbyteri praecipue in formandi erant ad ingenuam Christi doctrinam, contra Iudaeos defendendam: res haec plus impedimenti, quam adiumenti habitura fuisset ad Iudaizantes. 3) *Phoeben*, domesticarum rerum causa, ut quasi ab Imperatore ius ipsis diceretur, Romanam prefectam fuisse & gratis dicitur, (ut stare illa opinio possit) & est contrarium doctrinam Pauli, 1 Cor. VI. v. 1. sqq. qui plane atque omnino hoc improbat, quod priuatae rei & θυσιων causa Christiani επι απιζω audeant θεον θεων. Cuius autem rei causa ista praecepit, si Pauli auctoritate ad Comitatum proficisciebatur illa mulier? Oportebat autem rem maioris momenti esse, quae ab *Achaico* αιθηπατω omnino auocari & ad Imperatorem ipsum posset deferri. Igitur

cui-

civitatis Romanae iure via fuit *Phoebe*? In actis autem, cur de tam insigni, Corinthiacae cuiusdam mulieris causa & periculo, dicitur nihil? Quia eius rei nihil gestum fuit. 4) Descriptio illa διανοεν ουσιας *) εν Κερκησσας potius hoc secum fert; ut non absit Phoebe ab illa societate cuius est διανοεν, quam ut iam absit. Ministerii enim huius, in doctorum ecclesiasticorum commoda, ea fuit indoles, ut tam longi itineris periculo, in cauissimis priuatis, vix fas fuerit, ut se committerent. Igitur *Phoeben* his potius Paulus Corinthum adiutoris commendat, quos iam Romam mittebat; quia ipse has in provincias non redire confituerat apud se, Rom. XV. v. 23. 28. 32. Act. XX. v. 25. Haec enim fuit iusta ratio, quam ob rem longo catalogo honorifice prescriberet eorum nomina, quorum confuctudine amplius uti non poterat; *Phoeben* autem rite commendabat, his legatis suis, ne a schismaticis, contra *Phoeben*, in aliam societatem abduci se patiantrur.

§. XI.

Deinde v. 3. 4. 5. *Aquilae & Priscillae* ecclesiaeque, quae πατρικους αυτων coire soler, salutem dici iubet. Eadem phrasis, de domo Aquilae 1 Cor. XVI. v. 9. quae hanc dubie potius hoc fert, ut possederit Aquila domum Ephesi propriam, habuerit certe conditam, quam ut de eo, qui paulo ante *Romam* profectus erat, tamen dicatur ομος αυτων. Num vero & hacc ecclesia cum domo statim *Romanam*

*) Licet etiam ex versu 2, huius capituli, aliquid amplius adiumenti repetere. *Phoeben* iubet προσδέξασθαι, εν κυριῳ, αξιως των αγιων, προσωπις γενους πολλων. Cur iubet προσδέξασθαι? Nempe, quam aliis schismatici aspernabantur, vel inuidia in Paulum. Sic idem Paulus Philip. II. 29. de *Epaphroditio*. Illud autem εν Κυριῳ occupat, quasi a domino, a Christianis, feinamtam fuisse. Αξιως, quin ανεξιως reiecta fuerat. Ratio autem illa, προσωπις, id secum fert, luculentia fuisse mulieris beneficia & ministeria in Paulum. Ut dicitur, ad Titium III. 8. 14. καλων εγων προισασθαι, 1 Tim. III. 5.. sic hic intelligendum, de officio diaconissae, quae de suo contulit. *Zenobia* sic dicitur ab Athanasio in *Paulum*, Samotratenum studia luculenta contulisse, προσην τε Σαμοθρακων, Epist. ad Solitarios. *Harpocratius & Hesychius* προσαστις, *Varinus, Borysthenes*.

Romam translata *). Videamus vero de tempore paullo proprius. Cum nobis haud licet verbosius hic agere, breuiter tanum notamus, *Witium **),* cum Act. XX, 1. coniungere, credibile est eodem tempore Aquilam & Priscillam Ephesi Romam revertisse, postquam pro salute Pauli ceruices supposuerint Rom. XVI. v. 3. 4., *Wallius ***)* similiter circa finem mensis triun, quos Corinthi egreditur, scripsisse Paulum Romam; anno *Vfforii 60. Pearsonii* 58. Aquilam superiori anno fuisse adhuc cum Paulo Ephesi, sed iam Romanum rediisse. Hic nihil occupabimus, sine vila historiae auctoritate dici, Aquilam *Epheso* Romam discessisse, nec vel aliquid rationis consingi posse, quare Roma expulsi isti homines, tamen redeundum esse statuerint; sed sic computamus. *Aquila* fuit adhuc Corinthi, cum Paulus (post peracta itinera cap. XVII. Act. v. 1-23.) Ephesum rediisset, cap. XIX. v. 1. Ephesi enim reliquerat Aquilam XVIII. v. 19. qui v. 24. sq. *Apollonem* instituit. Oportet igitur Aquilam & ipsum Corinthum reperiisse, sive cum Apollone, sive paulo post eum, Act. XVIII. v. 27. cap. XIX. v. 1. Lucas enim scribit: *cum Aquila intraxerit Corinthi versatus fit;* Paulum ****) rediisse Ephesum, quod nemo sannus intelligere potest de capite XVIII. v. 18. *Ephesi* biennium manific Paulus, igitur & Lucas hoc intelligit, Aquilam semper Corinthi versatum fuisse, post primam ad *Corinthios*, quas scripta fuit ante, quam *Apollos* Corinthi esset. 1 Cor. XVI. v. 12. coll. Act. XVIII. v. 27, 28. In Hellade seu Gracia egit Paulus *tres menses* Act. XX. v. 3. Jam, quo iure credunt, sine teste, Aquilam hic in Pauli societate fuisse, qui tamen Corinthi fuit? si Paulus *Tynotheum* iussit *Ephesi* manere, cum per Macedoniam & porro in *Palaestinam* discederet, 1 Tim. I. v. 3. Act. XX. v. 4. ne falsi doctores omnia per absentiam Pauli peruerterent: facile idem etiam *Corinthi* prospexit, per Aquilam †). Cum

C

igitur

* Saltim, non constat, quomodo scire Paulus potuit, *Aquila* tam prospere iam successisse, ut Romae etiam ecclesiam cogeret suo in domicilio?

**) in *Meletemaribus Leidenensis* pag. 138.

***) in *criticis noris* anglieis in N. Test. pag. 225, 251.

****) Sine *Aquila* scilicet; Lucas cum non nominat *Ephesi*, ergo conjectura, tandem id occupari solet. Licer igitur & nos non occupare.

† Praecipue cum sciamus, *Corinthi* iam schismata publica fuisse; & non obscuros Paulinae doctrinae aduersarios.

igitur Rom. XVI. clare dicatur, *Phoebe*, quae est diuinae Cenobrensis ecclesiae: facile credimus & *Aquilam Corinthi* adhuc suisse: aliter si *Aquila* cum *Priscilla* profecti fuissent paullo ante Romanum, *Phoebe* & ipsa, si quidem habuit res tanti momenti domesticas, per Aquilae ministerium eas Romae honestius procurauerat. Liceat autem & sic colligere. *Paulus* a. 55. *) Hierosolymis ante Pentecosten fuit. Anni superioris 54. tres menses in Hellade versatus fuit Acto. XX. v. 3. Hoc igitur tempore anni 54. *Aquila* volunt profectum ante *Pascham*; certum autem est, Epistolam ad Romanos, scriptam suisse, antequam *Hierosolymis* Paulus in carcere esset; ponamus *Caesarea* adeo illam suisse, initio anni 55. Iam quemodo rescire Paulus potuit, *Aquila* satis faluum Romanam venisse, & quidem ecclesiae domesticae praesesse; non vero hic ibi tempestate iactatum latitare in insula hac illa; Romae omni iam frui libertate &c. Quomodo quoquo fangi ista a nobis possunt?

§. XII.

Tum vero facile intelligimus hoc, istos omnes, quorum nomina extant Rom. XVI. v. 5-15. suisse Pauli notissimos, plerosque συνεγενες, muneric socios inter gentes; *Epinetus*, primitiae *Asiac* (primus e gentibus numeris socius); *Maria*, quae in Pauli commodum, ministeria impendit sua, profecto Romae de eo non meruit; *Andronicus* & *Junius* συνεχουστοι, in Macedonia, aut Achaia &c. & quidem συγγενες Pauli, e *Cilicia* sorte. Ante Paulum iam Christiani; ex Hellenisticis forte. Act. VI. v. 1-7. aut e Synagoga *Cilicum* v. 9. ob Iudeorum tumultus inde in alias iam prouincias Graecorum delati. Verbo: tot benefactorum aut sociorum meritis non Romae sed in Asia &c. Paulus vultus & fruitus fuerat. Si vero quis statuat, hos iam omnes Romae suisse, ea difficultas oritur **), quod Paulus ad Colos. IV. v. 15. sq. aliorum quidem nomine salutem dicat, sed horum nullum nomen prescribat; in 2 Tim. IV. autem (quae quidem epistola ea ipsa adhuc narrat,

*) Vtetur, exempli loco, *Petauii* calculo; ad rem nihil interest, quemunque tandem auctorem nominemus; caput coussae est in angustia temporis, quae & ab *Vfficiis*, *Personis*, aliorumque computo non absit.

**) ut iam non moneamus, *Lucam* tam insignia nomina ne verbo quidem commemorare, cum narrat, Paulo, *roma fratres* obuiam venisse.

m̄r̄at, quae in itinere hoc Romanam Hierosolymamque acciderunt
v. 13. 20. quae adeo nec potuit aliquam multis annis post scribi? Aquilam & Priscillam Paulus ipse salutat; num igitur & hi statim Roma discesserunt, vt potuerint alibi salutari? tot fratres Romae fuerunt, quomodo queritur hic, ab omnibus se turpiter derelictum fuisse? Enarrat Timotheo, quo discesserint hi illi, sed de his tam multis verbum nullum.

§. XIII.

Nec hoc viderit obscuritate & dubio carere, quod non solum ecclesia, quae *κατ' οὐν* Aquilae conuenire solebat v. 5. salutatur, (*in qua p̄f̄cto & iſli ceteri Christiani comprehendebantur*, nec enim diversae aut scissae fuerunt & sine communione, praeſertim si miniftria ecclieſtaſtia ſpectantur,) *ſed etiam*, quod v. 14. iubentur salutare *Aſyncritum, Phlegonta* - - & τους σὺν αὐτοις ἀδελφους; atque v. 15. *Philologum* - - *Olympam*, καὶ τους σὺν αὐτοις πάντας ἀγίους. Qui igitur? quomodo vna in vrbe fuit ecclieſae vnius membra, qui tamen longo diuinoque ordine fuit salutandi? Tres ad minimum, coetus separati sic deſcribuntur. Fratres, qui cum *Aſyncrito &c.* v. 14. fuſſe dicuntur, cur non fuit cum Philologo & *cunctis sanctis?* Vtrique autem, cur non fuit in ecclesia & ſocietate *Aquilae?* Quia non vna in vrbe fuit. Paulus certe *Corinthi vnicam tantum eccliam* deſcripit i Cor. XI, v. 18. 20. 22. Cap. I. v. 2. Quot tandem Romae fuerunt ecclieſiae? Diuina ab illa vna, cui Paulus ſcribebat Epitola? Facilius vero omnia intelliguntur: si per itineris comodiſarem Epitole latores iſtos variarum vrbiuum miniftriſ sacros salutare iubentur. Quomodo autem, quaeſo *Romani***) ſalutare in-

C 2 bea-

* Solent poſt *Eufcbium, Euthalium*, aliosque, & recentiores conſingere *ſecundi carceris* taedia; ſecundam captiuitatem Pauli; quam vere id faciant, hic non querimus. Illud tantum notamus, quod res ſecundum fert; hic Paulus, in ſecunda ad Timotheam, narrat de iis rebus, quae cum primo Romano itinere maxime cohærent; igitur non intercedunt anni aliquor; vix enim interuallum res geftas *alias* occupabat.

**) quibus haec Epitola ſcribitur; Miniftriſ certe publicis praecipue epitolem deſtinavit; vt ſuam doctriṇae rationem omnino nunc perspicere, arque imitarentur.

bentur istos? Qui enim tandem sunt illi Romani, quibus istam salvandi provinciam Paulus tribuit? si nominati isti, omnes Romae ad-sunt, iam Paulus cap. I. v. 7. eos omnes compellauerat. Πλαστοί τοις ευτρεπούσι Ρωμαῖς αγαπητοῖς Θεοῖς, καὶ τοις ἄλιοις. Quibus igitur hanc scribit epistolam? *Aliis* haud dubie, quam his, quorum nomina hic exstant; igitur, qui fieri potest; ut hi, ad quos scriptis, & quos salutari iubet, omnes Romae sint, quorum tamen nullum suarum rerum testem iūs commendat, quod alibi facere solet?

Est autem & illud considerandum? cap. XVI. v. 17. quod quidem Romae satius mirunt atque inexpectatum videri potest. Admonet doctores, ut schismata & scandala caueant; quorum auctores sint ii, qui ventri & voluptati obsequerentur. Romae igitur tales? Sed Corinthis scimus schismata fuisse 1 Cor. I. v. 10. 2 Cor. XI. v. 13. falsos Apostolos reprehendit, qui vel denorare audcant *Corinthios*. Itaque ista pars non tam obflat nostras sententiae, sed ad eam potius confirmandam valer: pleraque huius capituli XVI. pertinere ad *Corinthior* aliasque per *Graeciam*, *Macedoniam*, *Asiamque* ecclesias, per quas provincias redire iussi erant ii, qui hanc ad Romanos ferrent Epistolam; sed & simul *Apographum*, Epistolae *), & appendicem salutacionum & admonitionum brevium. Vel istud Rom. XVI. 20. *Satanam Deus pedibus vestris subiicit*, Romanis nihil conuenit, Corinthii vero. 2 Cor. XI. 3. viceror, ne sicut serpens Euam &c. Cap. XII. 12. satanae quidam quasi angelus me (maledictis & mendaciis) non parum humiliauit &c. Ad Romanos autem, quibus tandem de causis de schismatis & Saranae ausibis scribat? Cum *Lucus narret* **), ipsos Romae Iudeos lubenter fassos esse: nos de tuis rebus & Iudea nihil quicquam litterarum accepimus; eorum autem, qui inde venerunt, nemo quidquam de te loquuntur est aut narravit πονηρον. Schismata autem, *Ponae*, quomodo poterant fuisse, ita ut Pauli fama im-mista haud esset? ***)

§. XIV.

*) Cum in hac Epistola ecclesias istos laudauit, Cap. XV, 28.: Eo est probabilius, apographum eis a Paulo reliquit fuisse.

**) Actor. viiiimo.

***) Reprehendit Paulus homines, qui christianae doctrinæ specie abutantur

de duplice Epistola ad Romanos appendice Cap. XV. XVI. 21

§. XIV.

Porro nec ista videntur negligenda; salutationes istae occupant hoc, hos qui salutem dicunt v. 21-23. notissimos iam esse etiam his, qui ab illis salutantur; adeo breuiter & obseure designantur, quia iam lati noti essent. *Caius* salutem dicit v. 23. ὁ ζειος μου να της ευχαριστιας σαντα, cuius hospitio uti solebam (και ὁ της ευχαριστιας legit codex *Wettsteinii* 23. seu *Coislin* 200. a prima manu. Habet autem, saepe lectiones veritas); qui & peregrinos fratres & conuenientem societatem, hospitio apud se excipit. Salutar vos *Eraclius* ὁ ἀποστολος της πολεως. Cuius autem urbis? *Vestrae. Corinthi* enim; ita ple-rique solent iam olim recte intelligere; sed commodum redimus in *Dorothei* libellum de LXX. discipulis &c. *) Hie dicitur *Eraclius* cuius mentio fit in Epistola ad Romanos, fuisse ὁμονομος της εις ἱεροσολυμοις ευαγγελιους, non *Corinthi*; ita, ne defuerunt, qui alter intelligerent. Atque Aet. XX. 14. comites Pauli Troadem praegressi nominantur, *Sopater* (*Sopater Rom. XVI. 21.*) *Gaius*, *Timotheus*, *Lucas* (qui scilicet Aet. XX. 6. ημεις εξετελεσμεν, *Iustus Rom. XVI. 21.*) *Aristarchus*, (qui hic videtur in Pauli societate fuisse Coloss. IV. 10. ενωμαχαλωτος). Nempe latores Epistolae ad sat: notos alios per *Asiam*, *Macedoniam* &c. poterant perfere salutationes; sed plane ignoratis Romanis, quomodo *Caius*, *Timotheus*, *Lucas*, *Iustus* *Sopater* &c. saluere iubent, nomine suo addito? Si *Aquilam* & *Priscillam* (deimus interea Romae hos iam fuisse) saluere iuberent illi v. 21. squaleres faris erat visitata & nota. Vnde quaevo scinuit Paulus & salutationum auctores ceteri, tot numero istos, Romae esse. Igitur & hi, non eos Romanos salutant, quos non nouerant, sed alios per itineris ordinem

C 3

ad ventris beneficia cap. XVI. 13; iusto facilius hos obsequi talibus doctribus, ipsi minus prudentes. Haec eximie conueniunt cum descriptione *Corinthiorum*, 2 Cor. XI. *Romanos* autem in Epistola, cap. VI. 17. laudaverat, ὑπέρεσσατε εἰς ὁ παρεδόθητε τυπον διδάσκετε, probat & laudat, quod obsequuntur formae doctrinae, quae tradita fuit. Quomodo ista conueniunt?

*) Appendix Chronicorum *Alexandrinii* p. 344. corporis byzantini, ex editione *Veneta*. Ille autem *Dorotheus* dicitur p. 345. &c. Romae fuisse, & collegisse suam historiam ex latinis & Hebreis monumentis. Facile damus ista confingi, sed quomodo fingi talia poterant *Romae*, si ibi extiterat huius rei memoria?

22 *Dissertatio historico-hermeneutica*

ordinem iubent saluere, per latores Epistolae, cui appendicem seu schedulam aliam adiecerant cum Paulo.

§. XV.

Ex vetustis scriptoribus, qui de LXX. discipulis & primis docto-ribus aliquid litteris tradiderunt, non defunt, qui hanc nostram potius, quam vulgatam sententiam adiuuant. Hi omnes, qui ad Romanos XVI. nominantur, in *Dorothei* illa Epitome, quae addita est *chronico* Alexandrino, supponuntur fuisse e Christi ipsius discipulis LXX.; & de ipsis cunctis dicere Paulum c. XVI, 7. qui (huc usque nominati) fuerunt iam ante me *Christiani*. *Tryphaena* autem nominatur p. 179. 180. edit. *Venetae*, quae iam post Christi ascensionem *Apostolis* cunctis, non Paulo solum, adhaeserit. *Ista Dorothei* Epitome dicitur e græcis hebraicisque præcipue documentis *Romæ*, collecta fuisse; igitur *Romæ* oportet, ut isto tempore nondum clarum sat & certum fuerit: iftos omnes iam sub occidentem solem *Christianis* sacris proferendis dedisse operam sub *Nerone*. Quomodo enim istæ opiniones potuissent locum habere? De *Tryphaena* autem & hic adducimus ex actis *Theclæ* & Pauli. Antiquissima sunt ista acta; *Tertullianus* enim ea non ignorauit; quae dicit a presbitero quodam, Pauli amore conficta fuisse, quem *Iohannes* ob istam fraudem reprehenderit. In his actis dicitur *Tryphaena θεοποιητη* atque (*Neronis*) *Caesaris συγγραφη* p. 113. edit. *Grubii* in Spicilegio; in actis latinis dicitur *socrus Caesaris* p. 125. Haec, cum Antiochiae vexaretur *Thecla*, eximia ei ministeria præstabilis dicitur; Paulo etiam *Theclæ* ministerio missis multum auti & vestimentorum p. 115. Si vero antiquiora ista per tempora fama fuit, *Tryphaenam* *Romæ* vixisse, a Paulo hie salutaram: huius scriptoris auctor quidni vel leuiter artigesser? Ignorauit itaque, eam mulierem *Romæ* vixisse sub *Nerōis* initia; illud non ignorauit, sub oriente sole eius samam floruisse.

§. XVI.

Si istas quae ex rerum collatione oriuntur difficultates iam consideramus, videmur non nihil lucis afferre ei historiac, quae dicit, in exemplaribus siue *Marcionis* siue aliis non existisse haec capita XV. XVI. quia ad hanc *Romanis* missam epistolam omnino non pertinebant, sed ad eos doctores separatum addita fuit appendix, quibus Pau-lus

lus *Apographum* huius Epistolae simul transmisit; quos latores Epistolae per itineris tractum inuisere iubebantur. Nempe tam libere sententiam & *την επιστολην* Paulus nondum dixerat; itaque *Valere eos quasi iuber*; si legebant ista v. 23. 25. capitoli XV. Cum Coloss. IV. 16. ipse iusterit Paulus, *Apographum* curandum esse huius Epistolae, atque porro etiam της επιστολης: satis probabile est, Paulum id ipsum curasse, cum haec ad Romanos Epistola ceteras sua insigni praestantia & doctrina diuiniori facile supereret. Quae forte hypothesis aliis etiam difficultibus tollendis possit aptari e. c. cur *Aetium* liber tam insigniter differat in graecis exemplaribus? Putauerat iam *Critobulus* seu *Lericus**, a *Luce* his scriptum fuisse librum Actorum; arque hoc quidem ratione forte verosimile videri poterat. Insunt certe & in Epistola ad Romanos *lectio[n]es mirum in modum diversae* & tamen *antiquissimae*; credi nimur potest, alias ex *Apographo* esse; alias retineri a Romanis ceterisque, qui per Romanos acceperant, ecclesiis; solent enim non raro satis differre exemplaria.

§. XVII.

Finem iam dissertationi facimus & temporis & spatii ob angustias: paucis tamen annotare licet ea, quae forte originem vulgatae sententiae illustrant. Ordo Epistolarum omnium a *Catholicis* demum est institutus saeculo 2. finiente; occupemus hoc: praeter istam ad Romanos Epistolam, Paulum appendicem hanc etiam dedisse Epistolae latoribus, separata in scheda scriptam; non ut partem Epistolae, sed catalogum salutandorum per iter. Haec scheda, eti praecepue pertinebat, argumenti quidem inde ad *Corinthios*: constabat tamen, eam cum Epistola ad Romanos missam fuisse; non videbatur igitur commodiore locum nancisci, cum eam nollent interire, quam ut adiiceretur Epistola ad Romanos. Historiae domesticae nulla fere lux fuit, nulla occasio ante finem saeculi tertii: mirum itaque non est, scriptores ecclesiasticos posteriores rem sic sibi fixisse, ut hanc appendicem Romanae ecclesiae etiam propriam putarint; nec nihil rem promoverit, ceteri Romanae urbis praestantia, cuius & ecclesia videbatur legitime ornamento hoc vti. Sed quod iam diximus, lubenter meliora ipsi edocebimus.

* Defense des Sentimens de quelques theologiens d'Hollande pag. 421. seqq.
à M. Simon pag.

AESTVMATISSIMO KEGGEMANNO

S. P. D.

IOH. SALOM. SEMLER.

*Vix tantum otii est, quo ad prescribendam epistolam var; tantum
 abest, ut addere quaedam licet aut supplere. Igitur paucis tantum,
 eorum causit, quorum scire intersit, TUA etiam ipsius, hoc significo:
 argumentum a me TIBI suggestum esse; eius etiam tractationem li-
 neis meis constare; librorum idem fui index & nomenclator. Nec
 ideo illud prodo, quasi TIBI detractionum velim & TVO ingenio: sed ut
 ne alii, quibus forte iniustata ista sententia minus placeat, vitio
 TIBI vertant; quod, si quidem eius rei quid insit, omne in me ca-
 dit. Ita autem apud me statuo: publicae sacrae rei vti:ora esse li-
 beralia eius generis studia, quam centies descripta & repetita rerum
 exempla, quibus lucis virtutisque addi nihil solet. Neque vero in-
 video aliorum studiorum. TV iam porro eam dabis operam, ut eius
 diligentiae ingenuaeque mentis, quam lectionibus meis praetire sole-
 bam, veram imaginem semper ob oculos ponas; liberalis in Deum
 aliosque animi certe satis memor. Iam Vale, & in patriae utilita-
 tem res TVAS agere, Deo adiutore, conare! Dab. Halae in Frideri-
 giana Regia, d. XXV. April. MDCCCLXVII.*




99 A 6985

ULB Halle
002 823 829

3



Retra ✓



DISSERTATIO HISTORICO-HERMENEVTICA
DE
DVPLICI EPISTOLAE AD ROMANOS
APPENDICE
CAPITE XV. XVI.

QVAM
P R A E S I D E
VIRO SVMME REVERENDO, EXCELLENTISSIMO,
AMPLISSIMO ATQVE DOCTISSIMO
IOANNE SALOMONE SEMLER
S. S. THEOL. DOCTORE ET PROF. PVBL. ORDINARIO,
SEMINARII THEOLOG. DIRECTORE,
REGIONVM ET HALBERSTADIENSIVM ALVMNORVM EPHORO,
F A V T O R E A C P R A E C E P T O R E
OMNI QVA PAR EST OBSERVANTIA AETERNV M PROSEQVENDO
DIE VIII. MAII MDCCCLXVII.
PLACIDO ERVDITORVM EXAMINI OFFERT
AVCTOR RESPONDENS
IO. BERNHARD. GODOFRED. KEGGEMANN

SVSATO - GVESTPHALVS S. S. THEOL. C.

HALAE MAGDEBVRGICAE
APVD IOANNIS CHRISTIANI HENDELII VIDVAM.